

18 vero **C**alix benedictus in benedictione omni  
omni fratre **I**ustus ap̄t̄ est. **D**e patre q̄ sum  
**M**isericordia participacio temp̄ domini st.  
qm̄ vnuus p̄ens et vnuus coruus multū sum  
omnes qui ex me p̄epanez a me aliis p̄atia  
pari. **E**p̄ate q̄st̄ sc̄d̄m̄ sum. **V**nde q̄  
ad̄ hostias particeps si dante. **H**oc q̄  
dico. q̄ uolē p̄m̄alati sit et audiat q̄ p̄  
redit̄ sit aliquid. **E**t q̄ vnuus aḡt̄ tener  
denominis p̄vredicant̄. **T**unc ad p̄fideles uer  
os sc̄d̄s sic et demonorum **H**omopotes nūc  
domini biliae **T**rauers amonit̄. **P**er re  
fissis mensis domini particeps iste. **V**erum  
demonium **S**in simulacrum domini **V**iaque  
fictioes illius sum. **D**omini in ligno. **S**olus  
omniā expedit̄. **O**mnia erit̄ sicut et omnia  
erant. **E**mo q̄ sūm̄ q̄t̄ quem. **F**igō alii a  
domino q̄t̄ in uinculis venit mandante. in  
huius martyris p̄pter conscientie. **Z**as sunt et  
tema **E**ploratio eius. **D**omine qui ueni uer  
misihi ad ueni et uult. **E**cce q̄d̄ rebis

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

DISPUTATIO  
Institutionum anatomicarum V.  
**DE PARTIBUS**  
NONULLIS ANIMATIS EI  
servientibus,  
*Quam*  
*SVB PRÆSIDIO*  
**TOBIÆ KNOBLOCHII,**  
Marcobrettani Fr.; Med. & Phil. D.  
*In celeberrima Witebergenium Academias  
defendendam suscipiet*

**Christophorus Bilizerus,**


Neostadiensis Sil.

*Ad diem 15. Iulij, horis 8 loco notis.*

(os):(so)

**VVITEBERGAE,**  
Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

*Anno cI9 I9 C VII.*





Roxima disputatione insimi ventris  
partes  $\chi$ ul $\omega$ ot inservientes examinavimus:  
Nunc  $\epsilon$ iquas partes nonnullas, quæ sunt,  
Mesenterium, Epar, & Vesica fellis, pertra-  
ctabimus.

## C A P. I. De Mesenterio.

Mesenterium est commune vineulum intestinorum, quo  
ipsa inter se mutuo connectuntur & ad dorsum alligantur, ne  
vehementius saliente aut cadente animali divellantur ac deci-  
dant.

1. *Grecis μεσέντερον à situ dictum*, Gal. 4. usu part. 20. Aristot. 4. hist. 16. quod sit membrum  $\epsilon$ v  $\mu$ έων τῶν  $\epsilon$ ντέρων, id est, in medio intestinorum situm. Gal. 6. ad. anat. Laurent. lib. 6. c. 15. Archang. lec. 13. ideoq. mesenterium non est medium intestinum ut Cic. lib. 1. de nat. Deor. vult, sed membrum quod inter intestina medium collocatur. Gaza lactes appellat.

2. *Est quia ex duabus membranis de peritoneo utrinque natis fa-  
ctum*, Gal. 4. usu part. 20. 6. ad anat. 6. quæ arctè ex omni par-  
te connascuntur, nisi qua vasis, adipi, & glandulis, secundum  
longitudinem inter has protensis ac dispersis, iter aut transitus  
medius relinquitur: Hoc fulcit ac sustentat venas mesaraicas quo  
Epar Chylum ab intestinis eo commodius accipere possit. Gal. com.  
4. aph. 4. lib. 2. Epid. Aristot. 1. hist. anim. 16. Archang. d. 1.  
Bauh. l. 1. cap. 18.

3. *Etenim crebra aquæ exiles venula à porta Epatis tanquam  
furculi à trunco propagata per hoc veluti stragulum, inter gemi-  
nam ejus membranam dispareguntur*, Gal. d. 1. & diss. ven. 1.

arg. ad intestina porrrectæ, & chylum educunt, non aliter arg. plan-  
tarum radices succum è terra hauriunt, & ad Epar transvehunt.  
Arist. I. histor. anim. 16. Gal. d. l. unde haec mesaraica sive me-  
senterij venæ nominantur. Medicis primas venas appellant, vel  
quod alimentum in ventre confectum primò in has fluat, vel quod  
in prima corporis regione continentur, quæ à gula usq; ad cavam  
jecoris partem pertingit, & complectitur ventriculum, omentum,  
mesenterium, cavam Epatis, Lienem & Pancreatem.

4. Neg. vero avatores, i. distributio solum chyli fit ad Epar per  
has venulas, sed sanguinis etiam ex Epatē effusio, quo intestina  
nutriuntur. Postquam enim organa illa publico munere perfundita  
sunt in distribuendo chylo, sive quoq; nutritioni inservire in-  
cipiunt. Laurent. Archang. Bauhin. d. l.

5. Ceterum tanta est venarum mesaraicarum exilitas, ut eo-  
rum oscula, quibus in intestina desinunt vix apparent in mortuis  
corporibus: Vnde facile intelligere est, quanto cum valetudinis pe-  
riculo ea obstruantur. Gal. d. l. Ideoq; hec consideratio certè nos  
merito ad temperantiam, & moderationem in cibo & potu borta-  
ri debet.

6. Præterea arteria complures ab aortæ trunco, qui lumbis in-  
cubit, per mesenterium ad intestina mittuntur; sicuti alioquin  
in universo corpore mira est venarum, & arteriarum artuzia aut  
copulatio.

7. Sparguntur illuc quidam nervorum surculi, à sexta cerebri  
conjugatione producti. Gal. d. l. 5. usū. part. 2. quorum usus est  
calorem conservare.

8. In hoc demum glandulae quam plurimæ ad vasorum divor-  
tia consistunt, quemadmodum & in centro mesenterij glandulosum  
corpus magnum (id tamen non est pancreas) positum est, ad pri-  
mam trunciportæ in ramos mesaraicarum distributionem. Galen.  
diff. vent. & 6. ad anat. 7. Quarum glandularum usus est, ut  
sint tanquam molle pulvinar vasorum deductionibus interjectum,  
ne

ne in vehemenii corporis agitatione vasa concussa rumpantur. Fallopius alium usum affert, & ait factas esse has glandulas ut prohiberent ne vasorum ductus à repletis intestinis, aut constricto ab domine comprimantur, chyliq; distributio ita impediatur. Gal. 4. de usu part. 2. 6. ad. anat. 5. 6. & 7. Arist. 1. histor. 17. & 4. part. animal. 4. Columb. L. 11. c. 6. Fallop. 14. cap. 6. Gal. 4. de usu part. 8. Archang. Laurent. d. l.

9. Usus mesenterij est. 1. in testina tanquam communis vinculis invicem colligare, & lumborum vertebris annectere, ne implacentur, vel deorsum labantur. 2. Defendere venas, arterias, & nervos, per geminas mesenterij membranas excurrentes ad intestina, ne laedantur vel disrumpantur. Gal. 4. usu p. 20. Archang.

### Delineatio mesenterij.



A. Centrum Mesenterij.

B. Corpus glandulosum totius Mesenterij maximum.

C. Dextra coli portio, à rene ad jecur protensa.

D. Rectam intestinum dorso necens Mesenterij portio.

E. Flexuosi margines quibus intestina adherescunt.

F. Tenuia intestina dorso alligans Mesenterij pars.

### De Accidentibus

#### Mesenterij.

1. Situs perse satis notus.
2. Figura hujus est circulairis plana, in multas contortas plicas.
3. Magnitudo satis patet, quamquam alijs major vel minor pro corporis magnitudine.

4. Numerum quod attinet, duplex est, ratione duorum intestinorum (ut Archangelus vult) scil. tenuum & crassorum alterum tenuia, alterum crassa devincit, & sibi copulat. Secundum Galen. vero de dissest. vent. 9. triplex est, circa exortum angustum est, in medio amplum, & in lateribus potissimum sinistro, ubi ad rectum descendit oblongum fit. Bauh. d. l.

5. Est etiam copiosius adeps in Mesenterio genitus ex sanguine, qui media illa spacia, qua inter venas media sunt interjecta occupat, atque implet. Usus hujus est ut suo calore calefaciat, & sua densitate foveat calorem illarum partium, ad chyli, qui per eas partes fertur, preparationem pro aqua, ut vult. Bauh. d. l.

## C A P. I I. De Epate.

Epar definiente Hipp. lib. de aliment. εἰρηνήσεως officina θηραπούμενος sanguinis, naturalis spiritus architectrix, principium venarum non φύσεως, i.e. originis, sed πάθος καὶ διαίτης, i.e. radicationis & dispensationis, quibus tanquam rivi totius corporis membra irrigat & alit.

1. Epar Gracis ἡμαρτητὴ τὸ ἐπηγόρημα καὶ μεγάδη, ut Apollo-nij interpres notat, vel διὰ τῆς θεᾶς αὐτῆς, i.e. inopia, dicitur, quod omnium partium inopia succurrit, sive ταχεῖα τὸ θυμόν τὸν θεατικὸν à latando cum in hac parte concupiscentia sedes sit. Latinis lecur dicitur, quod juxta cordis vires suam potestatem exerceat.

2. Substantia Epatis est caro ipsi propria, Bauh. lib. 1. cap. 44. rubra, mollis, sanguinis concreti formam obtinens, Gal. 6. ad anat.

11. Iohan. Guint. Andern. inst. an. 1. 1. Vnde etiam Erafistratus οἰητικύπα dicuntur, quasi sanguis effusus sive affusus. Vesal. 1. 15. cap. 7. Plater. in suis tab. Anat. Fernel. lib. 1. c. 7. Colum. lib. 6. de Iccore & venie. Carnis hujus venarumq; Epatis, propria vi,  
chylus

chylus albus in massam quandam colore, & substantia à chylo diversam convertitur, quæ sanguis dicitur.

3. Per sanguinem autem ex chylo in Epate elaboratum, non intelligimus sincerum sanguinem, sed genitos etiam cum hoc humores naturales, ut sunt, flava bilis, succus melancholicus, & pituita.

4. A sanguine, urgente necessitate Epar sumit suum nutrimentum, reliquum tanquam superfluum beneficio cavae vena in omne corpus distribuit. Vesal. lib. 5. cap. 7.

5. Priusquam tamen sanguis per cavam in corpus emittatur, cum purgari necesse est. Ideo fervente per concoctionem chymo in Epate, vi caloris coquentis segregatio fit eorum, que ad alendas corporis partibus minimè futura erant accommodata, ut est primò bilis flava pars chymi tenuis assata calida, flori vini haud dissimilis, que per poros bilares in vesiculam suam descendit, non quidem ut hac alatur, sed ut inde effusa, intestinorum expulsionem adjuvet. 2. Pars chymi crassa, terrena, que cum fece vini comparatur, & est humor melancholicus, hunc Lien ad se rapit, & de puriore ejus portione alimentum sumit, crassa verò particula inventriculum effunditur, ut hujus beneficio appetitus excitetur, ventriculus corroboretur. Archang. lect. 18. 3. Excrementum aquosum à renibus postquam sanguinis transitum per gibbam Epatis partem in cavam adjuvit, attrahitur, & per vesicam excluditur. Ultimo restat pituita ex optimis cibi partibus genita, que ab alijs vicarijs humor vocatur, fertur enim simul cum sanguine, & naturè destituitur proprio receptaculo, quia semicirculum est alimen-tum, & diuturniore in Epate & venis mora, ac per inciam faciliè in sanguinem benignū & alendis partibus frigidioribus accommo-datum converti potest. Fernel. lib. 6. c. 6. Hipp. de morb. lib. 4. sect. 1. Laurent. q. 10. Avicen-

6. Deinde connectitur Epar beneficio vinculorum nonnullorum, quæ à peritoneo ortum habent, spine lumborum, diaphragmati,

gmati, alijsq; partibus, ne cum grave sit, decidat. Columbus duo agnoscit vincula. Bauhinus vero trias. Primum est tenuissimum, quod Velalio à ligamentis hepatis ortum dicit, Columbo vero, Fallopio, Archangelo, Laurentio à peritoneo, quod Epar diaphragmati parte anteriore alligat. Secundum sinistrum etiam fortissimum à peritoneo quoq; oritur, hujus beneficio Hepar diaphragmatine non etiam costarum notharum cartilaginibus, veluti glutino, adhaerescit. Paræ. lib. 2. cap. 18. hac ligamenta scribunt Anatomici observasse Sylvium & Hollerium: At Archangelus afferit se nunquam potuisse reperire. Tertium est vena umbilicalis, cuius beneficio fetus in utero nutritur: hac Epar abdomini ad umbilicum necatur, ne concidens diaphragma deorsum trahat, ut monstrat apposita figura.

Delineatio venæ umbilicalis.



A A. Gibbi jecoris magna portio.  
 B. Vena umbilicalis.  
 C. Umbilicus.  
 D D. Arterie umbilicales.  
 E. Fetus.  
 F. Vesica.

7. Venarum duo genera Hepar habet, unum in cava, alterum in gibbosa parte. In cava parte vena una que sedicata à Grecis dicitur, Galen. 6. ad: anat. 10. quam Latini portam dicunt, Arches hanc venam laetam nominarunt, quod chylum lacti similem alliciat, que intra & extra Epar in varios & multos dividit urramos. Extra Epar dividitur in quatuor surculos & duos ramos magnos, quorum unus splenicus, alter mesentericus vocatur. Surculorum primus vocatur Cysticus qui in vesicula fellis cervicem & corpus, nutritionis gratia distribuitur. Secundus Gastricus, (Columbo & Cornelio primus ramus) in ventriculum & hucus pyloren varios convergit surculos. 3. Gastreopiploicus, ut à Syl-

vio & Laurent. nominatur, Columb. ramus tertius, ventriculi fundo & omenti superiori membranæ ramulos multos communicat. Gal. dissect. Ventr. lib. 1. 4. Intestinalis, quiper duodeni & jejunii longitudinem excurrit. Laurent. lib. 4. cap. 2. Bauhin. lib. 1. cap. 15.

8. Magnos ramos quod attinet, inter hos primus splenicus est, & in sinistro latere apparet, unde & Vesalio sinister ramus dicitur, & est tenuior & elatior mesenterico, & fertur ferè totus ad splenem (Columbo quartus ramus, Archang. tertius est) & dividitur in 4. ramos, in Gastricum minorem, Epiploicum dextrum, Coronarium stomachicum, & Epiploicum posteriorem.

1. Gastricus minor in ventriculi gibbosam partem posteriorem paucis rami diffunditur. 2. Epiploicus dexter, in dextram inferioris Epiploei regionem, & colon intestinum surculos derivat.

3. Coronarius stomachicus dictus Columbo. Bauhino, gastricus major. Archangelo ramus primus, hic ramus satis crassus est, & habet in utroque latere duos adhuc ramos, qui omnes ad ventriculum nutritionis gratia mittuntur. 4. Epiploicus posterior, qui in omenti membranam interiorem, & colicam descendit.

9. Hisce ramis ita productis, trunca splenicus in ramum superiorem & inferiorem dividitur, hiq; rursus in altos. Superior prope splenem qui vocatur vas breve, aut venosum, Galen. usu. part. cap. 4. 6. ad. anat. 10. diff. ventr. 1. hujus rami beneficio communicatur ipse ventriculo acidus humor, quo fames sive appetitus excitetur. De infusione humoris melancholici in ventriculum variæ sunt sententiae: Vesal. Archang. à liene in os ventriculi, Laurent. vero & Varol. in fundum & os ventriculi melancholicus succus effunditur &c.

B

10. In-




10. Inferior in omenti partem descendit, & dividitur in duos ramos. Primus dicitur Epiploicus sinister, Gal. diff. ventr. 1. qui in sinistra inferioris omenti parte invenitur. Alter Gastro-epiploicus sinister nominatur, qui fundum ventriculi sinistri parte cingit. Horum duorum ramorum Laurentius non meminit, quia non semper reperiuntur, & quidem rarissime primus, ut Vesal. etiam monet. Tantum de splenico ramo & hujus surculis.

11. Mesentericus ramus qui in dextro latere sedē habet est major splenico, & in intestina & Mesenterium ramulos diffundit infinitos. Ramum 5. & 6. faciunt Columb. & Archang. at Laurentius dextrum vocat, & in hemorrhoidalem Cæcalem, & Mesentericum dividit. Bauhinus verò in Mesentericum dextrum & sinistrum: Mesentericus ramus, dexter in jejunum, ileon, cæcum & coli partem dextram posteriore seu cava parte implantatur, & in venulas innumeratas dividitur, q̄ inter duas membranas Mesenterij feruntur, & ab intestinis chylum exsugunt & Epati afferunt, hinc venæ Mesaraice vocantur.

12. Mesentericus sinister in sinistram & medianam mesenterij partem disseminatur, & eam coli regionem, qua à ventriculi sinistra sede ad rectum usque intestinum pertinet, adit, ab hoc ramo insignior ramus hemorrhoidalis descendit, hunc natura, ideo construxit inquit Laurent. ut Melancholicus sanguis certis quibusdam intervallis exciperetur, hic ramus internas & occultas hemorrhides parit, Hypogastricus verò cavae externas. Illæ cacochymia vacuatrices, hæ plæthora depletrices dicuntur.

Figura

Figura hæc venæ portæ ramos depingit.



- A. Coronaria stomachica.
- B. Gastrica minor.
- C. 1. Gastreopiplois dextra.
- C. 2. Epiplois sinistra.
- D. Epiplois sinistra.
- E. Splenicus ramus.
- F. Surculi splenici rami.
- \* Mesentericus ramus.
- G. Mesenterica sinistra.
- HH. Rami Mesentericae dextrae.
- III. Venæ recti intestini & ve-  
nae haemorrhoidales.
- K. Rami venæ portæ per he-  
patis carnem sparſi.
- L.M. Cystica gemelle.

13. Has venas omnes natura in truncum magnum transfor-  
marunt, deinde rursus in quamplurimos ramos, & hos rursus in  
minimos surculos divisit, ob eam nimirum causam, ut Chylus in  
Epate detentus mediante vasorum, cavæ scil. & portæ, plexu, &  
transitus angustia perfectè in sanguinem transmutari possit.

Figura hæc venæ cavæ & portæ radices per hepar  
sparſas & coēentes indicat.



- A. Vena cava truncus ascendens.
- B.B. Vena cava truncus descendens.
- C. Radices vena cavae.
- D. Radicis vena portæ.
- E.E. Truncus vena portæ.

14. Concocto & elaborato sanguine in Epate, flava bilis à vesicula, quam in Epatis concavuo natura locavit, suscipitur: Melancholicus succus, per quartum ramum vénæ portæ ad Lienem, demittitur; sérōsi humoris portio aliqua per emulgentes, & ureters in vestcam descendit, sanguis vero cum sérōsi humoris aliqua, portione distribuitur à cava in totum corpus truncorum duorum, ope, quorum unius sursum ad Cor; alter deorsum ad spinam reficitur.

15. Ramus qui ad Cor ascendit, diaphragma perforat, ibiq; duas emitit venas, que per diaphragma multis surculis & ramulis se longè lateq; pandunt, idem ramus dextro cordis ventriculo connectitur nec in illum fertur, à quo vena aliqua, Cor coronæ instar ambiens ut nutriatur, unde coronalis dicitur, emergit. Deinde hic ramus supra pulmones parit etiam àz. yoy. i. venam sine conjugi dictam, qua licet in dextro latere habeat originem; tamen toto thoraci omnibusq; bujus vertebris, & musculis communicat suos ramulos nutritionis gratia.

16. Reliqua vena cava ascendens adjugulum membranae succingenti costas à dextra committitur, in quam complures surculos exiguos conspergit; priusquā verò jugulum attingat, apud glandem. Vesal. lib. 3. cap. 7. fol. 282. (est corpus glandulosum, Gracis quoq; Germanus das Dries oder die Milch) dividitur in duos trunços, sive ramos magnos, quorū alter dextram, alter sinistram partem petit. Columb. lib. 6. de venis, & ad latera deducti, quilibet in tres ramos dirimitur, alter qui ad axillam per dorsum disseminatur, axillaris dicitur: duo alij per cervicem ascendunt, exterior, & interior in utroq; latere: uterq; dividitur in duos ramos sive venas: due cum gula sursum in fauces, & oris ima feruntur, & interiores jugulariae dicuntur, due que subter cutem existant, & extremae sunt, in varias capitales partes exteriores inseruntur in musculos scil. temporum faciei &c.

17. Axil-

17. Axillaris ramus dividitur in duos ramos, superiorem sc.  
seu venam cephalicam, & inferiorem seu basilicam. Cephalica  
qua & humeralis, & cubiti vena exterior dicitur, circa cubitum  
& inter pollicem & digitum ei proximum (more Franconum) in-  
ciditur, contra varios affectus totius capitatis. Hujus cephalicæ ex-  
terioris ramus, oblique perradium in cubiti longitudinem abit, &  
circa ulnam conjungitur ei Basilica ramulus, & sic ad auctus intra  
auricularem & annularem, Salvatellam, Arabibus Syle dictam,  
sive spleneticam, constituit. Hæc aperitur securè in dextra manu  
in obstructione & affectibus Hepatis: In sinistra manu vero, in  
obstructione lienis, in febri quartana, & alijs melancholicis affec-  
tibus.

18. Inferior sive Basilica, qua & axillaris inferior ab Hipp. ap-  
pellatur, quia major & amplior est (in quibusdā subjectis) cephali-  
cā, & etiam in multos surculos dividitur, Practici verò non Ba-  
silicam nominant, sed Epaticam sive jecoriam in dextro latere,  
in sinistro latere vero lienarem, & quidem ideo, quod illa in Epa-  
tis, hæc in lienis affectibus secetur.

19. Priusquam autem hæc vena in medium cubitis flexum ad-  
veniat, venam traiicit manifestam, que Mediana sive communis  
à situ nominatur, & quidem ideo, quia in media curvatura bra-  
chij inter cephalicam & basilicam invenitur. Ab Avicenna ni-  
gra vocatur, quæ vulgo semper ferè secatur, contra morbos totius  
corporis. He vena omnes multas & varias venulas de se in cutem  
& musculos brachij spargunt, quas hic non enumerabimus, neque  
etiam opus est.

20. Hoc notandum restat, variam esse venarum cubiti, & ma-  
nus distributionem, ita ut hominis ejusdem dextra cum sinistra non  
conveniat, immo ferè quot homines, tot venarum manus distribui-  
ones. Ideo ab imperitis sepiissimè Epatica pro mediana, &c. Cephali-  
ca pro mediana cum danno maximo agri secatur.

Tantum de trunko venæ cavæ, qui ad Cor scandit.

21. Alter



21. Alter truncus qui deorsum ad spinā reflebitur sequitur. Hic ubi ad quartam lumborum vertebram pervenit, & arterie magna substratus fuit, dividitur etiam in duos magnos truncos iliacos dictos, quorum alter dextrū, alter sinistrum adit crus. Priusquam tamen hos ramos magnos spargit, ramulos utrumq; quinq; effundit. 1. Vocatur adiposus, qui ab emulgente pronaescitur. 2. Renalis qui ad renem fereur. 3. Spermaticus, qui ad testes materiam seminis defert. 4. Lumbaris, cuius beneficio partes circa lumbos nutriuntur. 5. Musculosus, qui multos surculos in abdominis musculis profert. Postea in duos magnos ramos, (ut dictum,) qui Iliaci dicuntur finditur. Ab utroque ramo rursus scaturiunt quatuor venæ, scilicet sacra, hypogastrica, epigastrica, & pudenda, quarum beneficio partes, in quas feruntur, nutriuntur.

22. Postea ramus iliacus in utroq; latere extra cavitatem abdominis producit ramum, sive venam cruralem. Ab hac vena 6. ramiprodeunt, Saphena, Ischias minor, muscula, poplitea, suralis, & Ischias major. Has omnes venas Vesal. lib. 3. c. 5. sed absq; nominibus exponit. Columb. Saphenæ, Ischij, & poplitis, mentionem facit Fallop. Saphenæ & Ischij. Plat. cutanear. quatuor.

23. I. Saphena seu vena malleoli, die Frauen oder Rosenader/ circa malleolum internum invenitur, circa quem ibi in 4. ramos divisa est, tandem in cutem totius cruris assumitur. Hæc vena, in menstruorū, hemorrhoidum obstructionibus, item testiculorum morbus inciditur.

24. II. Ischias minor versus os Ischion salvatellæ oponitur, que in anteriorem Ischij cutem, & ejus loci musculos distribuitur. Incidit hæc vena sepiissimè adversus Ischiadicum dolorem, podagrum, urinæ difficultatem, &c.

25. III. Muscula, & dividitur in duos ramos, majorem & minorem, minor tibiae musculos, & cutem adit, major per femoris musculos disseminatur.

Figu-

Figura I. anteriores venas externas delineat.



- A. Vena est frontem perreptans.
- B. Ramuli jugularis vene ad buccas & nasum pertingens.
- C. Humeraria seu cephalica.
- D. Jugularis externa.
- E. F. Ramuli à thoracis venis ad mammulas delati.
- G. Mediana.
- H. Basilica interna.
- I. Rami ab epigastri coprodeentes.
- K. Vene cruralis ad inguina & crura descendentes rivi extermi.
- L. Cruralis vena per inferiorem femoris partem excurrens.
- M. Tibia vena interior.
- N. Tibia vena exterior per externas partes divaricata.
- O. Malleoli vena Saphe na dicta.

Figura II. externas postici corporis venas ostendit.

- A. Vena est puppis.
- B. Rami sunt e jugulari externa ad dorsum propagati.
- C. Vena salvatella sub minimo digito.
- D. Vena est que sub pollice secatur.
- E. Vena poplitea.

26. IV.

26. IV. Poplitea ex duobus ramis cruralibus constituitur, & sub genu fertur, cuius apud antiquos frequens sit menio, & etiam frequenter incidebatur.

27. V. Suralis est vena cruris magna, & descendit ad malleolum externum & pedis pollicem. Plat. cutan. 3. circa hanc partem etiam 4. cutan. Plat. apparet. Super pollice aperitur haec vena propter faciei maculas, ophthalmiam oculorum, ruborem, vnd wird die Rückader genandt.

28. VI. Ictias major, haec per surae musculos delata in ramulos decem dividitur, singulis digitu binos ramulos largiens. Minor descendit ad calcem, aliquando etiam digitis, in primis minima & medio surculos nonnullos communicat: haec vena in minimo digito pedis utriusq; contra renum vitia, gravitatem & lassitudinem membrorum, apoplexiā, paralysia aperitur. Und wird die Eichtader genandt. Hactenus de venis.

29. Arterias quod attinet habet Epar alias in cava parte à vena cælica, ut calor hujus visceris angeatur & conservetur.


30. Habet & nervos duos exiles à sexto pari, alter à ramo (hunc Vesalius Anatomicos ignorasse asserit) qui costarum radicibus dextri lateris exporrigitur, Fallopio ab eo nervos habet qui mesenterio dispergitur, cum quibus etiam rami arteriarum in ipsis substantiam disseminantur. Platero duo nervi etiam parvi in tunicam hepatis desinunt. Nervos autem Hepar & quidem exiles sensus gratia habet. Exiles sunt, quia Epatis actio naturalis non animalis est; sanguis enim primariò non ad sensum preparatur, imò sensu exquisito Epar non indiget, propter excrementsa quæ in hoc generantur.

31. Usus Epatis est, ut sit sanguinis officina, vénarum principium, non sacerdos, sed diuinitus, spiritusq; naturalis architectrix, &c. Plura de his in questionibus.

Deli-

Delineatio jecoris cum suis magnis venis  
& portione aliqua ventriculi.

- A. Gibba sive convexa pars jecoris.
- B. Hac sede Epar permittit aut emit-  
tit caudicem venae cavae.
- C. Nervi ventriculi.
- D. Duo ramuli venae cavae.
- E. Orificium sinistrum ventriculi.
- G. Sinus jecoris in gratia ventriculi  
à natura factus.
- H. Truncus venae portae.
- I. Oesophagi portio.
- K. Portio ventriculi.
- L. Vena cava truncus.
- M. Vena umbilicalis.
- N. Portio vinculi, quo heper diaphragmati ita subligatur ut  
quasi aptum ab eo videatur sustineri.
- \* Ligamentum jecur diaphragmati affirmans.



Delineatio Epatis absque portione  
ventriculi.

- AA. Superior pars gibba hepatis.
- BB. Inferior pars gibba epatis.
- C. Locus vena cavae diaphragma  
permeantis.
- DE. Truncus vena cavae.
- FG. Vincula hepatis.
- H. Vena portae.
- I. Cavitas orificium ventriculi excipiens.



## De Accidentibus

Epatis.

C

I. Situm

1. Situm est Epar sub diaphragmate in dextro latere, exiguo tamen intervallo distans, ne motus diaphragmatis in respiratione impediatur. Arist. 2. hist. animal. cap. 18. In sinistro latere leviter incubit ventriculo, ideo major Epatis pars est in dextra, minor in sinistra parte. Hipp. lib. de arte in thorace collocavit per thoracem intelligens totam capacitatem, que est inter claves & ossa pubis, sicut interpretatus est. Aristot. 4. de part. animal. In suffocatis Epar plerumq; sursum trahitur & fere totum thoracis capacitate continetur fortasse propter angustiam q; est in suffocatione.

2. Figura Epatis est semicircularis. Gal. 4. usū part. 14. Vesal. lib. 5. c. 7. Archangelo non est peritus globosa, sed eam imitatur quantum fieri potest, & ut necessitas postulat. Columbo non exaltè sphaerica est. Laurentius ait veteres humani Epatis figuram ignorasse & juniorum quam plurimos. lib. 6. c. 19. Lobos jecoris quod attinet, de his inter autores varia sunt sententiae. Hipp. lib. de ossium nat. & 6. Epidem. hepar in lobos quinque secat. Realodus 4. de us. part. 8. contra Gal. 6. ad. anat. cap. 11. negat hominis Epar lobos habere. Fernel. Galeni opinionem videtur aliquomodo defendere, & ait: se Epar in quinque fibras dissectum vidisse. Eandem opinionem defendit Francisc. Puteus lib. 5. apolog. pro Galeno cont. Vesal. Archang. & Piccolh. & Epar in duos lobos distractum affert. ut Hipp. d.l. Sylvius lib. 3. cap. 6. Isagog. anat. Sed raro hoc fit, plerumq; enim solidum, nullius lobis divulsum occurrit.

3. Magnitudo Epatis in omnib; non eadē est, in hominib; tamen longè majus est, quam in reliquis animalibus, cum his magna opus sit sanguinis copia, ad tot spiritum & umidi radicalis, que semper agendo & contemplando resolvuntur, restitutionem. Timidus sive meticuloſis grandius est, jecur datum ob rationes sequentes dux, quia meticuloſi habent Cor frigidum, Ideoq; hujus facultas vitalis, in qua animorum & irarum existit ardor, est imbecillus, & ad animositatem planè inutilis: ut autem ejusmodi defectus  
Supplea-

suppleatur, natura condidit in meticuloſis Epar, facultatis natura-  
lis roboris gratia, grandius: Sic enim natura ſolet, quod una ex  
parte deest, id alterius incremento & accessione compenſare. 2 quia  
frigidi homines plus appetunt, frigiditas eniu, ut Gal. in arte  
parva docet appetentiam excitat, quo fit ut major hiſ chyli ſuppe-  
rat copia, cuius abundantia Hepar nutritur & accreſcit amplius,  
ſicut videmus in helluonibus & ſuo abdōmini natis. Laur. d.l.

4. Temperamentum Epatis eſt calidum & humidum abſolute  
& generaliter. Specialiter vero in collatione, & etiam interdum  
preter naturam, eſt vel calidum ſiccum, vel ſiccum frigidum, vel  
frigidum humidum, &c.

## C A P. III. De Vesicula fellis.

Vesicula fellis eſt receptaculum flavæ bilis in dextra & ca-  
va parte jecoris ſedem habens.

1. Vesicula fellis, Græcis dicitur νύσις χοληδόξη, id eſt, veſica  
fellis, folliculus fellis, ductor & expurgator. Item νύσις ἔρεδον, id eſt, veſica urinaria. Κόσις fortassis dicta, inquit Archangelus,  
τὸ τε κύεται, quod eſt vas pifcatorum, quo ut capiuntur pifces, ita  
cysti bilis capitur. Alijs bursa cholere citrina vocatur.

2. Substantia hujus veſicule membranosa eſt, & duplex, una  
communis à peritonao: Altera propria, densa & fortis ne à bile la-  
datur. Hæc propria Vesalio & Platero nervosa eſt & membra-  
nosa. Fallopio vero nervosa, Columbo & Laurentio membra-  
nosa.

3. Hanc tunicam propriam intus crux ſta quædam tunica ſuc-  
cinctit, ne à bilis acrimoniā ledatur, velut Archang. vult, ne af-  
ſiduo fluxu, & refluxu bilis facies interior callosa reddatur.

4. Vasa etiam habet, i.e. duas venas graciles cysticas à portæ  
ramo, ut nutriatur. Gal. 5. uſu part. 7. 8. & 12.

Secundo, Arterias valde graciles habet, à celiaca, jecoris cavo exponit as, hunc in finem, ut harum assiduo motu, vesicula agitata, haud facile putrefat. Archang. d. l. Varol. ins. anat.

Tertio, Nervum etiam parvum ac vix conspicuum à sexta conjugationis ramulo habet, ut aliquo modo sentiat, Gal. 5. usu part. 8. Nonnulli Anatomici hos, uti & arterias, non viderunt. Ideoq; putarunt vesiculam his carere.

5. Hac vesicula dividitur in fundum, cervicem & meatus biliariorum. Fundus amplior vesicula pars est, rotunda, jecoris cavo adhaerens, & inferiora respiciens, quando cum Epate in sua sede naturali est. Cervix est angustior hujus vesicule pars oblonga, fundo multo durior, superiora respiciens. Archang. Bauhin. d.l.

6. De cervice sive orificio suo porrigit duos ramos sive meatus, unum ascendentem, qui innitus vena porta in corpus Epatis ingreditur, & tenuissimis multis surculis inter propagines vena portae & cavae de se sparsis, bilem undiquaque ex Epate, sive per vasorum aeras quatuor, sive & cipit haurit & allicit, & in vesiculam suam comportat, unde & μέρη χειροδόκοι, i.e. meatus bilem excipientes vocantur. Alterum descendenter, qui inferiore membrana omenti suffultus duo deno non procul à jejunio initio inscritur, & bilem è vesicula effusum in intestina desert.

7. Fallopius & Archangelus putant bilem è jecore ad intestinum primò deferrri, & in casu necessitatis duntaxat, quando meatus intestini duodeni clausus est, à vesicula fellis recipi. Alij distinguunt inter puram & impuram bilem, & dicunt puram bilem, à vesicula trahi: impuram vero rectè per ductum quandam à Jecore ad intestina transferri. Hanc opinionem etiam defendit Varol. lib. 3. anat. cap. 6. Sed hoc videtur non verisimile esse, nam nullum discriminem est inter bilem, qua in ipsa vesicula continetur, & inter illam, qua circa meatum intestini duodeni invenitur. Ideoq; dicimus omnem bilē excrementitiam, sive permixta & crassissime impermixta & sincerasit, ascendentē rāmū qui in Epatis

tis substantia numerosa serie immissa est, colligere, & certo tempore  
in duodenum per porum bilarium deponere. Vide plura apud Gale-  
num, Vesalium, Fallopium, Archangelum, Laurentium, Co-  
lumbum, Bauhinum, Vetus vesicula hujus ex dictis satis patet.

### Vesiculae fellis delineatio, &c.

- A. Concursus meatuum bili, vesiculae  
qui in jecoris corpus descendunt.
- B. Vesicula bilis cervix.
- C. Bilis vesicula meatus in duodenum,  
intestinum insertus.
- D. Duodenum.
- E. Arteria vesicula & jecoris.
- F. Nervulus jecoris & vesiculae.
- G. Tenues portae vena propagines.
- I. Vesicula corpus.
- H. K. L. M. Meatus bilis vesicula per jecoris corpus exorrecti in-  
terior portae vena, & cave item venae ramos.
- N. Vene portae propago in jecoris substantiam diffusa.



### De Accidentibus ves- culæ fellis.

1. Vesicula hæc in cava eaq[ue] dextra & crassissima Epatis par-  
tesita est.
2. Figura hujus est oblonga & rotunda longioris cuiusdam,  
pyri modo, Vesal. & Laurent. Oblonga Columbo; Longinscula  
& rotunda pyri modo angustata Platero. Globosa, sed excavata &  
oblonga pyro minusculo aequalis. Archang.
3. Magnitudo hujus non est eadem in omnibus animantib[us]:  
Est tamen in homine parva, & non admodum insignis Archang.  
d. 1. Unica est, quia unica satis fuit.

# QVÆSTIONES.

Quæst. I.

An Epar sit origo sive principium venarum?

Resp. De origine venarum inter Philosophos & Medicos variæ sunt opiniones: alij enim ortum venarum à capite & cerebro derivant, ut habet Gal. 6. de placit. Hipp. & Platon. Alij à ventriculo, sed haæc opiniones contra experientiam & rationem ita pugnant, ut refutatione non sint dignæ. Herophilus ad hanc questionem de origine venarum respondit vocabulo nescio. Hippocrates, licet varias & dissentientes de origine venarum sententias habeat: Nunc enim Cor, ut lib: de carnibus, l. de locis in hom. l. de corde, 4. de morbis: Nunc Epar, ut l. de aliment. l. de os-sium natura: De locis in homine: 2. & 6. Epidem: Aliquando nec Epar nec Cor, venarum esse principium voluit: Tamen haæc sententiae omnes optimè conciliari possunt sequenti modo: Epar non est est principium venarum φύσεως, id est, originis. Epar non est principium venarum sc. conservationis, sed διοικήσεως, id est, distributionis: Ita etiæ cor est principium venarum sc. conservationis, non principium διοικήσεως vel φύσεως, quia omnes partes simul gerantur. Vesalius & ferè omnes Peripatetici Cor αἰμάτων officinam esse putant Arist. 2. & 3. de part. anim. sed hæc opinio iam pridem è scholis medicorum fuit explosa. Medici vero cum Galeno 2. de part. anim. c. contra Aristotelem Epar venarum principium non φύσεως, id est, generationis, sed διοικήσεως, i. c. distributionis & πίεζων, id est, radicationis esse defendant, (ut modò dictum) 1. quia in Epate est vena maxima. Galen. 6. de plac. 3. 2. quia in Epate & circa Epar sunt excrementorum receptacula. E. 3. Iaso Epate leditur sanguisfatio. E. 4. ubi elaboratio & distributio sanguinis, ibi venarū principiū: sed in Epate. E. 5. Vbi elaboratio sanguinis, ibi necesse est ut sint organa distri-

distributionis, Gal. lib. 6. de plac. c. 4. At in corde talia non reperuntur. E. 6. Si Cor esset venarum principium, vena umbilicalis in foetu sanguinem in Epar non in Cor refunderet. Sed hoc non fieri observatum est: Ergo; Denig. si non hepar sit sanguificationis instrumentum, frustra id factum esse oportet lib. 6. cap. 4. de plac. His & alijs rationibus potest Medicorum & Anatomicorum nonnullorum sententia probari, quam etiam Hippoc. lib. de aliment, confirmat, ubi ait πίστως Φλεβῶν, ἵππο πίστως δέληιαν υπόδην, id est, Radicatio venarum Epar. Radicatio vero arteriarum Cor est.

Quæst. II.

An venæ vim habeant sanguificandi?

De hac questione ferè tot sunt opiniones, quot autores. Aristoteles Cor defendit 2. & 3. de part. animal. 3. de histor. animal. Averroës in Epate preparari, in Corde vero elaborari & perfici existimat. Vesal. lib. 3. cap. 1. & Ioubertus decad. 1. parad. 4. Jacobus Scheckius. Fernel. lib. 6. cap. 2. venis adscribunt sanguificationem; dicunt tamen Epar eam aliquo modo promovere. Fallopius ascribit venæ portæ. Columb. l. 6. & Argenter: statuunt substantiam Epatis esse sanguificationis organum. Laurentius lib. 4. quæst. 2. & Archangelus, Veiga. Bauh. ait chylū in venis mesentericis primum sanguinus rudimentum accipere, inde delatum ad hepar, non in ejus parenchyma effundi; sed in venis Iecoris reservari & in portæ radicibus sanguificationem fieri, beneficio etiam parenchymatis & venarum majoris hepatis: quam sententiam & nos veram esse arbitramur: de hac questione vide Gal. lib. 4. de us. part. cap. 3. 4. 5. i. 2. & lib 5. de plac. cap. 3. 4. 5. 8.

Quæst. III.

Cur membra coctionis in infimo ventre locantur?

Resp. Nervatio sive intellectus ob halituum copiam alimentorum interturbetur. 2. ut excreminta tanquam gravia commodius in infimo ventre residenceant, & exterrantur. leg. precedente disput. de ventriculo.

Quæst.

Quæst. I V.

An Epar calidius sanguine?

Resp. Sanguis calidior, ob duplice calorem, proprium sc. quem à cibo, & ascititum, quem ab Epate habet, ut nonnulli putant.

Quæst. V.

Cur Epar diversos humores producit?

Resp. Hoc non moderato calori vel immoderato adscribendum, ut Gal. lib. 2. de natura. facult. c. 8. ex sua, Hippoc. Aristot. Praxagoræ, Philotimi aliorumq; veterum sententia disput. sanguinē sc. à moderato, reliquos vero humores ab immoderato calor generari: sed cibo sive alimento, ut Fernel. lib. 6. Phyl. c. 4. egregiè differit, in quo sive calido, sive frigido, sive temperato, inest portio ignea, aërea, aquæa, terrea, idcog. quando unus calor Epatis toti alimento sive chylo equaliter sc̄e exhibet, & in eum pariter & conatu undiq; incumbit ex eo, profert r. bilem ex ignea portione, 2. sanguinem ex aërea, 3. pituitam ex aqua, & deniq; melancholicum succum ex terrea, non aliter ac Solres nonnullas in mixto liquat, alias verò indurat.

Quæst. VI.

Quænam intemperies Epatis est pejor altera?

Resp. Dupliciter Epar potest considerari, & secundum intemperiem & substantiam. Si secundum intemperiem absolute consideratur una alteri non cedit, interim tamen facilius vicina membra à frigido leduntur quam à calido. Si substantiam respicimus, hujus aut ravior aut densior. Si ravior calida intemperies pejor, ratio quia hec nimis rarefacit, & dissipat, frigida vero condensat, si densior, frigida pejor calida. Frigida etiam pejorsc̄ca, quia frigiditas habet sc̄e, ut caussa, siccitas ut effectum, &c. Sicca etiam pejor humida, quia facilius res humida siccatur, quā siccata humectatur.

Quæst. VII.

An chylus attractione venarum mesaricarum & hepatis, an verò spontaneo fluxu peryeniat ad Epar? Affirm. cum Fernel. lib. 6. c. 2. urumq;

Uk 662

ab prudens et multa invenit



1017

hl

de et alia iudiciorum omni regis de sancte  
One versione sicut iudicis et gentibus repre-  
sente sicut et ego per omnem omnibus placet  
hunc quod in uile est si quod multis actis  
sicut **Cyprianus** understandimus  
¶ istud me ostendit et ego ipsi dico  
autem res fratres quod per omnia memoria episcopis  
et sicut tunc uite precorum mei tenet  
¶ solo aut res suae quod omnes omni caput ipsi  
est caput ut mulierem hoc caput vero ipsi  
Omnes omnes autem ipsi domini velato caput  
autem percepit sicut omnis ut mulier omnis a  
lymnes non videtur caput. Autem caput sicut  
omnis est enim auctoritatem sicut  
velut mulier. ¶ sicut et iuxta tempore  
misi. condit a lignari velut caput sicut  
¶ ut uide non sicut velut caput sicut sicut  
propositum est ergo sicut et mulier et gloria  
viri. ¶ Non enim ut mulier sicut mulier ex  
dicto. Etiam non est auctoritas nisi super misericordia  
sicut et ipsa virtus. ¶ Hoc sicut mulier ag  
lamen huius et sicut omnis propter reges  
¶ ut uide in libro. ¶ Tunc sicut mulier  
sicut vero in libro.

# Farbkarte #13

